

Obiter observa *ly Primi fregerrunt crura*, videlicet, eius qui erat à dextris bonus latro, & amicus tunc principis in crucis throno. Si iudicio supplicium infingendam, incipiat igitur à quoquo laterum. Non. Ut iudicium recte procedat, iudex princeps intimiori non parcat. Magis lex, quam latro amicus: saepe enim felix latro, qui à dextris regi proximus, & quia proximus regi. Iam ergo prædo exiaverat consensione flagitia, sed deerat adhuc in exemplum vindicta publica: & consensu principis exule vinculo familiaritatis, remouetur contractis cruribus pendens in cruce; ut legibus cedat, licet primus à rege. Consonum igitur supplicium geminibus huiusmodi viperarum. His contigit, quod serpenti ingrediendi in paradysum. Par quidem erat, ut descenderent fractis cruribus, qui flagitijs ascenderant erectis pedibus.

10 Prætes omnium Adamus à patria in utiliorem, iucundioresque paradysi transferretur, *Us operaretur, & custodiret illum. Ut operaretur*, quia prætes sordet in solito sine numeris exercitio. *Ut operaretur*: statuta operationis politica, ut eradicaretur subditorum zizaniam: languescit enim floribus viridarium, dum florere solet. *Ut custodiret. A foris*, ait Basilus *Homil. de Paradis.* A serpente arbitrator. Quare: Promam.

Inter malos & bonos, quos servi regis invenerunt; de uno tantum Princeps queritur, & interrogat: *Quomodo huc intrasti?* Alij mali sibi, hic sibi, & alijs; unde licet vocetur amicus, non parcat oculus. Boni & mali vocantur ad nuptias, neque expelluntur. Cur ergo hic licet malus & improbus proteritur, & à conclavi victus excluditur? Digne tamen. Honor maximus vocatis inest, & illi se preparant, quoniam vocati. Ut improbi, & quia improbi vocantur, sed probi domum regis ingrediuntur. Ille vocatur malus, & in vocatione adhuc permanet pessimus. Quid inde? Ello. Sed hac qua sunt inter tantos: Maximi ponderis. Bonis enim ascendentibus ad honorem, ex peperis venenatis nec unus quidem: etenim eius ingressus quasi lues serpet & contaminabit bonos. Custodiat ergo Adamus paradysum à serpentis incursibus, ut nulla rimula ingrediatur venenatus. Haud miseretur serpenti, ne caspiter impia commiseratione: quippe illo duntaxat clanculum, & reptim ingresso, lugebit lapsum expulsum à paradiso. Custodiat ergo paradysum maxime à colubro: fas enim non erat, quod cui Deus ut indigno oclulst merito adicum; quia prætes factus, in ruina prætermitteret introitum.

11 Hac (quantum auguror) tumida,

pietate, miseratione crudeli, quasi cuniculis pulvere sulphureo repletis solide, subruunt inopinato Respublica. In Noë, Adami Deus compefcuit huius humanitatis flagitium, arcens vera pietate mali contagium. Quia de serpentinis hominibus iudicium profertur, testimonium perspicuis dilucidabitur. Terra repleta erat iniquitate; & delere decrevit hominem Opitex misericors, compunctus corde. Ad renovationem orbis mali percutit, siquidem improbè captones nec malo sapiunt: mores duntaxat in stipite exuunt. Hocine divinum iudicium? Noë verò ad totius generis reservatur seminarium. Hunc ergo cum ceteris, facta arca, *Inclusit Dominus à foris*. Oleaster hic: *Claustit Dominus super eum: nimirum, Claudens ostium*, dicit Saa in *Annot.* Claudens, quasi arca clavam sibi servans inquit securitatis; eoque cuncta claudit à foris. Iustè quidem. Verum ambigitur, qua de causa Dominus clavam arca abnuvit Noë, cui dixit, solum esse iustum, dignumque benevolentia in generatione illa: Ille incubuit operi, fideliter munus implevit. Cur ergo, si illi cunctorum creditur regimen, Deus non tradit arca clavam? Deinde. Ostim ab introrsum Noë poterat obrudere navis: quare ergo Deus claudit à foris? De improborum pravis moribus, ac apud Celicolas casta manus fiducia; ardebit nobis non incongruè sententia, *Tautolog. 5. Didasc. 3. num. 3.* Modò ad rem.

Omnia fidei servo committit iudex, sed sibi arrogat exitum & introitum; cum inter vortices hians, mundus subit naufragium. Quam mortiferum virus, & immedicabile vulnus! Igitur insigne divinæ clementia, genus humanum, ne moriatur, nori. Securi aquarum (sicine misericordia: Qualis iustitia !) univèrsum iugulat. Tarditatem vindictæ Deus Opt. Max. gravitate compensat. Quanvis ad arcam accederet ullus, & quasi in portum appelleret naufragus; intronissus moreretur abdubio, sententia leta, efficaci decreto. In navi & in aqua gravaretur Tantalilapide, igitur quodlibet quodlibet aquo calcat mors pallida pede. Ingredieretur & non egredieretur: atque Noë præfidi clavis subtrahitur; quippe turpe dignitati, elegantis propositum; si intronissus impensè non habet exitum. Dialecto Hispana vivacius. *Sirve de desoro à la dignidad, hazer empeno de dan entrada al que no viene salda.*

12 Ostim utique introversus claudit quibat, similiterque patet fieri poterat, maxime lamentis affinium, & consanguineorum clamantium, vel oppetentium: claudique Dominus meditanter à foris; ut nec unus

Cur Dominus Nemo non tradidit clavam arca?

Genes. 7. 16.

Oleas. Saa.

Vel uno impio na vis regimini periclitatur

Nacentiù casertili innocentiū ex-terminiù

Fumiculi ratiocinia.

Ioan. 2. Simili Piscine Probati- ca.

Inspicientibus claudatur ianua. Math. 25. 10.

Non concedatur ingredi, cui Deus abnuvit.

Improbis sub love semper Inauspicato ingreditur in principatum, qui non habet exitum.

Pietas in malis crudelis.

exiatur vel de propinquis: quandoquidem uno duntaxat proferiptorum in navi, navis profectò periclitaretur conteri. Patet: Quod contutu humanitatis in proximis boni faceret, in nostrum crudelitatis minus cautè confingeret: igitur idem foret, concedere ingressum, ac experiri naufragium: tuncque temporis claudit Dominus, minime stomachatus, sed misericors: misericors, ne reprobis in arcam exequeretur intrusus, quidquid mali in paradysum coluber amarulentus. Sapere expedit alieno capite; ne duram sit, vel creperum respiscere: primos quidem præfidos compulsi expelli, simulac indulerunt reprobam ingredi.

Multoties ministri principum ducti rationijs inanibus, sive importunitatibus dignitati nocentibus (vel si ellaboro indigent, ut etiam delirij benedicantur solemnes) ingrerunt in navem præfultatus quoscumque invenerint, faces Republicæ, qui quidem à prudentioribus fiunt & meritissime pilli & flocci. Nullo modo contemplantur abiectos esse & sordidos, cucurbitas, atque pepones inspidos: imò gloriantur eorum obsequijs, quasi Probatica circumdata languidis; ad quos *Quinque porticus*, & non portas habent: igitur porta aperitur & clauditur, porticus verò sine obicibus quibuslibet ingredientibus: & languidis, claudis, cæcis, furdis, atque huius fatinæ hominibus semita pervia; quoniam fastosus præfidibus, hinc ut par est, nunquam occulduat porta. Disant à cælo. Accedunt pullantes virgines, cæterum virgines insipientes. Ingrediuntur? Nullo modo. Inde profectò præfidum custodum rutilat amplissima gloria, si fatuis ac insipientibus clauditur ianua. Dominus ideo mundo naufrago abnegat clavam etiam fidelissimo ministro: ne forte precibus, importunitatibus, vel clamoribus pulsus, cum clavam ad manum haberet quasi prælatu; crudelissima pietate præberet ingressum, quibus Deus merito obraverat ostium.

13 Denique. Quotquot recipi poterant, ad monita & suasiones aspides surde obturaverant aures: ita ut perfatui, in arca fabrica per tam longi temporis diuturnitatem, quasi nugas, senis nannas, parvipendent tabularum strepitus & fragorem. Correctionem Deus desperat, quia non habet super quo percutiat. Quid hic agendum? Quod à sapienti medico. Resecandum. Apothea medicaminum est exhausta, similiter sollicitudo & industria: cumque peior in dies indurefceret peioris vomica, neque ad meliorem mentem reduceretur obstinata perfidia; delere quem formaverat, decrevit hominem:

& Noë superstiti, licet præfidi credidit nullatenus clavam, imò feram illusit navis providè clausit à foris: ne cum clamor vi aquarum interclusorum audiret; vel minima pietate in illos commoveretur.

Aliquibus DD. (de quo alio acumine *Tautolog. 5. Didasc. 3. num. 3. & 4.*) placuit, ostium in latere arca fuisse, quod quidem oclulum à Domino: fenestram, in tædo factam de speculati lapide, vitro, aut crystallo. Petr. Comestor. *Oleastr. hic & Doctif. Pererium in Genes. lib. 10. disput. 9.* consule. Cur igitur non higitur pellucida fenestra, ubi designatur ianua? Per eam ut per translucidam crystalum, stagem hominum videret Noëmus. Levamen sane miseris, ubi retrahitur ab auxilio manus, quod parcat oculus, & doleat pectus. Sufficit loco optati favoris subsidium humane pietatis: & subtrahitur fenestra lateri, ubi oclulum ostium; ut non haberent perituri spectaculi solatium: igitur ita pleni erant impietate & iniquitate; ut indigni fuerint aliquantula levi illa commiseratione. Hoc igitur agendum. Resecandum: nec illos videre, nec audire, cum vulnus apparet immedicabile.

14 Hippocreatem lib. 7. *Aphorismor. 74.* libenter audias; ut quid agendum in huiusmodi Republicæ statu sine labore perdiscas. *Quacumque non sanant medicamenta, ea ferunt sanat: quacumque ferrum non sanat, ea ignis sanat: quacumque ignis non sanat, incurabilia existimare oportet.* Non ait: *Incurabilia sunt*, sed *incurabilia existimare oportet*: siquidem oportet ita cognosci, ne tempus & opera terantur indigne. Ecce regula & medicina in affecto corpore, qualis igitur in morbida mente? Excellentiore habemus medicum & malagma probatum. *Abbas* (inquit S. Benedictus, cap. 28. *Regul. Sancti.*) *faciat quod sapiens medicus. Si exhibuit fomenta, si unguenta aabortationum, si medicamina scripturarum divinarum, si ad ultimum usionis excommunicationis (idest reclusionis) vel plagas virgarum (quia sunt verborum) & iam viderit nihil suam prevalere industriam; adhibeat etiam quod manus est, suam & omnium fratrum pro eo orationem; ut Dominus, qui omnia potest, operetur salutem circa fratrem. Quòd si nec isto modo sanatus fuerit; tunc iam utatur Abbas ferro abscissionis, ut ait Apostolus: *Auferite malum ex vobis.* Hac S. Benedictus. Iam non datur ambigendi locus erga serpentium contagium.*

Immedicabile vulnus ente recludendum.

(?)

Genes. 16.

Petra Comest. Oleastr. Petera.

Nec miseratione, nec commiseratione digni.

HIPP.

Modus curatio- nis.

S. Beng

Ordo correptionis.

Immedi- cubilia expellenda.

Lex vel amico in timori non parcat.

Genes. 2. 15.

Basil.

Math. 22. 11.

Nec unus qui se in improborum n. eligendus.

In cervicibus in adulterio crudeliter misericordia.

DIDASCALIA XII.

Asperius nihil est humili cum surgit in altum.

Claud. I Ta Consul em epuochum perstrinxit Claudianus lib. 1. in Eutrop. v. 181.

Quod quidem plorat, & quotidie patitur mundus. Adhuc acrioribus, dieterijs fodicandi, cum ab illis vilibus & abiectis, civilitij æstimetur ingenui. Conferantur actiones, & iudicia.

Cuncta ferit diu cuncta timet, & sevit in omnes, Ut se posse putent: nec bellua terrior ulla est, Quam serui rabies, & pœna parcere nescit, Agnoscat gemitus, & pœna parcere nescit, Quam subijit, dominique quem verberat odit.

Idem.

Vilis igitur simili.

Descriptio luclenta dira & proiecta indolis, atque animi præcipitis & effrænis. Quemadmodum flamma oppressa, clanculum serpit, & cuncta vel manita velocissimè absorbet: etenim per cuniculos nascificante rimam, quasi idè fulmine universa conflagrant. Naturam ignis in Reipublica ruinam, humilis proiectus sapit: vel insumit, vel infumitur. Facilis medicina: ne destruat, destruat; ne exterminet, exterminetur: quippe si cæca forte culmen tangit, cuncta ferit, nihil timet, ac in libera corda rabidè furit. Quid non mali cogitaret vilis Eunuuchus in fastigio Consulatus, qui sibi gratulari poterat in servitute admisus?

Idem.

Qui serui non est admissus in usum, Suscipitur regnis, & quem privata ministrum Designata domus, moderantem sustinet aula. Canit idem ibid. v. 141.

Phil.

Philonis Iudæi lib. de Plant. Noë, paradoxum fuit, In paradiso nihil immansuetum, nihil non delectabile, aut quod ratione careret admittit. Ingressus est serpens in floridum viriditatum, & virulentum statu fœdè pollutit paradifum. Paradifum? Hominem namque aperfit macula, & originali labe, quoutque diluta divino criore: cæterum hortum (my) quem floridum & fructigerum Cherubim Opifex tradidit custodiendum? Hortum quidem. Aula fuit primi viretum viretum voluptatis, à quo interdita fuerat caterva cæterorum animalium, reptilium, atque serpentium: iurèque dicitur labefactus paradifus: quoniam & præfidi & dignitati dedecus, locum insignem nancifci serpentes, quem obtinuerunt divinitus primi homines.

Dedecus quod decor probi sit præmium improbi.

Veluti transeursu nota serpentium ambitum, & qua ingreditur. Perlungue tipulis Femina delectantur. Quolibet ridiculo ludicri, etfi monstrofo, uti lacertis, grillis, finijs, pftaccis, cercopteichis (in qua volupe centus impendere) censent in regijs maiestatem afluere. Lubet sanequam insanire. Ni fecerint, arbitrantur esse fine auctoritate. Perpicuius est Sole: siquidem intervntu femine in paradisi florida aula, obtinent serpentes etiam hominum culmina. Perperam locum per virum reptile haberet in paradiso, ubi præerat dotibus spectabilis, primus homo.

2 Ergo exerceat potestatem, cui Deus uti placuit, contulit iurisdictionem. Ecliamus (ait) hominem, & præsit piscibus maris: omnique reptili, quod movetur in terra. Non ne his præesse cure sollicitiori præfidi, cum aliter impendat vis toxicæ efficacioris? Perpende. Omni reptili, quod movetur. Immotus non dominabitur? Etiam: verum cautio præfigitur homini, ubi plus inest periculi. Imnota nocent venena; quid fartum rectum esset, si vel leviter commota? Motu quidem serpentina officium, & vel subacta non quiescit. Quapropter Adamo confertur reptilium præfidentia, qua movetur; ut caveat consulto, ne in aliorum ruinam, & perniciem moveatur. Serpens, uti vidimus in Exposit. Liter. dicitur à serpendo. Coluber, quia umbras excolit. Anguis, quia angelos & latebras perit, & in abdita fugit, ubi nocere non possit. Naturam horum habent homines perdit, flagitiosi, præfidi, projecti, sycophanta, scelesti, versuti, callidi, tricofo, fraudulenti, vafri fallaces, vitiligatores, & cætera huiusmodi furivis. Nihil his nocentius: & labat infelicitate status publicus: dum coluber lucem excolit, anguis abdita fugit, & serpens minime serpit. Singulas quasque excogitaverit, exhibebit officias, quodvis reptilium extra effusas latebras. Quas non Coluber in via, & cerastes in semita? Certe cæcet accensor, cum progressus à serpente præoccupatur: igitur coram præfide, extra semitam hominum debet fugere. Cerastes & coluber extra semitam. Super aspident & basiliscum ambulandum; quia homo super, & super homines non habent imperium. Super: igitur si aliquomodo emineat, mala ingentia hominibus imminet.

3 Languidi gravantur iudicij Medicorum est. Vide Dodravit in Iudicij morbor. Claud. Dariothum in Introduc. ad Apyrolog. Levin. Lenium de Miracul. Natur. & Nicol. Nancel. in Analog. Microcosmi ad Maer.) sani morbis afficiuntur, plusque patet damna & accessiones febrium, cum in transeursu Zodiaci, Sol fiat in Scorpione. Quod quidem contigit iuxta Columellam XIV. Kal. Novemb. & apud Hebræos hoc spatium temporis dicitur Dies fortium. Nec

Per faminat frequenter ingreditur in dignitate.

Genef. 1.26.

Præsit homo, ne moveatur venena.

Genef. 49. 17.

Plalm. 90. 13.

Augen-tur noxia dum elevantur venena.

mirum. Vel in terra abiectum reptile timorem incutit. Etiam serpendo venena conspuat: necessarii igitur augentur mala, dum ad dignitatis cœlum elevantur venena. Quoniam non contaminabitur adeptus, qui virus vomit etiam calcatus? O mundi lamentum! Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.

Basil.

Necnis univerto serpens capite sublevis.

Alapid.

Et super bē gradū, qui debet serpare.

Troglydyte serpens idant. Plin. Basiliscus Text.

Pestis status, scelestus promissus.

Aliquid præparandum de veneno colubri, ut perpero regimini sit theriace. Serpens in paradiso sublimis & erectus pedibus insistent gradiebatur: dixit Basiliscus Homil. de Paradiso, ut vidimus præced. Didasc. n. 6. De pedibus actum, modo de capite. Sublimis incedit coluber in paradiso? Væ mundo. Væ homini. Sublimis? Proh superci! lam pernicies humani generis had obsecrè prænotificatur: igitur coluber incedens pedibus, pervicaciter exaltat caput. Nonne virus homini præfidi incauto, serpens capite erecto? Corruit mundus, dum eius permittit cervicem tumentem, & elevatam, qui pectore debet vertere terram. Nositates vulgari parœmia: Que levante ca-beza en el folio, quien debe andar arrastrando.

Huiusmodi placitum non aridet Cornelio Alapide hic v. 1. Quippe si serpens non serperet, monstrum videret Eva, & monstrofo fuisse serpens. Sanequam. Ubi videtur monstrum, cor hominis fidele præfagit malum: & labi homo erectus poterat cogitare, dum contempnabat serpentem afluere erigi. Historia Scholastica in Genef. cap. 2. ut vidimus, Serpens, profert, erectus sicut homo. Ecce clades. Homo erectus deligitur ad dignitatis culmen, quippequam dotibus & ratione natus in præfide. Serpens autem uti lethifer, ut coneratur, atque vel à femina exultanter insultante pessundet. Hac est utriusque conditio, sed serpens incedebat erectus sicut homo. O femina incauta! Aspectu delectaris? Cum serpente loqueris? Minime exhorres, intuens erecto capite hominis instar prodire, qui debet serpere? Malo ad tempus longum immedicabili sapias.

4 Etque ac Troglodyte florent Republicæ. Victus illis serpentium carnes, dicit ex Plinio lib. 5. cap. 8. Ravifius Textor in Officin. lib. 7. cap. 48. Non his virus nocet, quo lactantur à mamilla: imò illis, quæ proficua, nocent: igitur in statu publico, morbida conditio, perlicque infirmi corruptione valent. Quasi miraculum illium inster spinas. Serpice corruptela morum, dum laxat Princeps habenas. Unde è vireto Reipublica noxia ab illis non averruncantur, sed crebris censuum irriguis abluuntur. O Principum cæcitas! Neque dolor mortis, ut accidit talpæ, horum oculos punctione rumpit: maxime cum fec-

Tem. I. Taut.

lestorum sublimitas sit statui perniciosior cælamitas.

Vis maxima inter venenata inest (sumunt reptilia ex veneno vires, ut se posse putent, & quia innocentes fugiunt, ulterius audent) etiam flammæ lithæfero Basilisci. Quicquid in hac bestiola homo miratur, in illo fatius desletur. Cunctorum virus mortiferum, sed longè alia conditio patet Basilisci venenum. Reptilium cætera, vel idè percita, vel agitatione commota, vel suapte conditio reperculsa, ex visceribus virus evomunt, in obvium quandoque irata: Basilisco verò semper & prosemper in ore sedet, vel non percito, cum vibret venena sibilo: necat fructus, rumpit cautes: non solum leviter, aut incesu contactas, verumetiam attractas exurit herbas. Hoc est ministerium defractoris, acuitate toxicæ huc atque illuc serpentis: igitur eius inevitabile nocuum venenum, ita nocuum; ut nullibi excogitetur maius contagium: maiestatem quippe, famam, splendorem vel maximi, in fecalium manibus enutriti quamprimùm in colloquium accesserit, veneno tingit. Vivit ut nocet. Vel encomiales fauciat. Dotum commendatio, instrumentorum speciositas patent identidem venentorum scopus. Dentis eorum arma & fagitte, & lingua eorum gladius acutus: ibi dirigitur propalam, vel clanculum reptilium lætus & cæterum interest inter Basilisci contagium, & reliquorum serpentium dirum venenum, quod cum reliqui in obvium eiulantur mortiferum toxicum; per statum Basiliscus iam habet contaminatum. Alia venenata morsu, verum iste celerrimo statu. Unde argutè Lucan. lib. 9. de Bell. Pharf. cecinit:

Ante venena nocet.

5 Plus lædit. Basiliscus (inquit Textor ubi dudum lib. 7. cap. 40. candida in capite macula, velut diademate quodam ornatus est, unde regium illi nomen, aut regulus. Non ut reliqui corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Færmè eadem Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 14. cap. 9 & addit Solinus cap. 30. Alba quasi mitra lineatum caput. Vide plura & congrua proposito apud Heliodorum lib. 3. & Iacobum Dalecampium in Plin. lib. 5. cap. 8. Ex figura rectè arguunt præstantiora illius venena: quo igitur præstantius virus, basiliscus ut regulus elevatus? Nihil: igitur veneno videtur erigi, cui super pectus expediebat progredi. Retrahuntur à natura huiusmodi monstra, ut similitudinem non habeant scelerata: pessundet sceleris in Republica pro merito: quapropter sceleratorum turpissima exaltatio, congruenter erit concolor Basilisco: igitur corpus videtur

V.

non

Derra-flor simili basilisco.

Ravis-Textor. Vallerius Solinus.

Ravis-Textor. Vallerius Solinus.

Basiliscus cap dicitur Egeusius.

Virus serpentis, quia non serpit.

non ut reliqui serpentium trahi, sed turgido collo in ruinam spectantium caput erigere.

Pier. ubi sup.

Principes conterat. 4. Reg. 18. Quid si erigitur?

S. Bened. Praef. praef. ut profi.

Galetz

Isai. 10. 5.

Verf. 64

Ibid.

In ruinis serpentes volant.

penti viperæ aptare celeres alas, ac reptando regulo indulgere vel levisimas pennas. Reipublicæ strages, & civium cunctorum lues, viperam & regulum attolli penis favoris; cum pro merito ius sit, super pedes incedere, sicut cetari serpentes. Vigilantis proverbio Hisp. *Que se den alas à una sabandija, debiendo andar avrastrando como una culebra.*

7 Omnis reptilis Praef. & Dominus primus homo: constituitur igitur ut omni reptili praef. *Faciamus* (dicitur) *hominem, & praef. piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestijs, universaque terra, omnique reptili, quod movetur in terra.* Perpende modò & confer, quod alibi dicitur: *Cuncta animantia, quae sunt apud te ex omni carne, tam in volatilibus, quam in bestijs, & universis reptilibus, quae reptant super terram. Reptilibus, quae reptant, quod quidem iteratur ibid. vers. 19. Quid est hoc? Tautologia? Minime. Constitutionis, at conditionis adaequata sententia. Gaudent saepe Principes ludibrijs aulae, & homunculis planè titivillitij, reptilibus plebis, thesaurorum loculis, sanguinis censum, blattis oppum; quippe pierunque scurra, ac ludiones ad aures patulas inutilis voluptatis; quoque etiam Heraclitus profusè rideret, dum in horum figura natura crasso penicillo iudit. Hi ergo (& velut canit Claudianus ubi supra vers. 350.*

Atque aliquis gravior morum, si talibus, inquit, Creditur & nimis turgent mendacia monstris: iam testudo volat, praefert iam cornua vitur.) Summè plauduntur. Hos qualescunque Principes pro libito attollunt, cum serpentes in aulam ingrediantur: & pennas viperis, atque regulis ministrant, ut humiles in cacuminibus capita erigant. Huiusmodi concessio, venena regum & praesidium in iacturam: apteque dicitur, *Reptilibus, quae reptant super terram*; quia adhuc per locum, aut per ludibrium istiuscemodi stipula non debent à Principe extolli, sed ut reptilia reptare. Fas non est, ut egrediantur dominus, qui ingressus est servus. Penniferum placet circumspecti in Principum aulis, qui intromissis est implumis? Vigere splendoribus & aura populari, qui potius flagitia suffragijs prudentum, lueret in triremi? Arroganti moderatione garrire, qui cuncta prater scelera nescit. O Deus! Quos inflat electio, & decorat dominatio? Neutiquam volant, sed pervolant, & saepe insiditò idu protinus volant: huiusmodi reptilibus destinatur meritò reperere, quippe si incuria principum usavenit pennas sumere, oporteret saxò decacuminare, alas infringere, conatus compescere, insolentiam inervare, comprimere audaciam & praecidere

Malorum extremum & primum.

Genes. 1. 26.

Ibi cap. 8. 17.

Quinam reptilia sint regis?

Claud.

Reptilia reptant.

Quos si gremi?

ra-

Malorum extremum & primum.

Senec.

Utilitas pessima merces, illius contentia.

Apophtegma de femina.

Pier. Valer. Ravif. Text. Athan. Kircher. Iulius. Scalig.

Procop.

Reptilibus non fiat scorpium ara.

Isai. 59. 5.

Sanct.

radicitus cristam: igitur maius & utilius Reipublicæ commodum, iugum excutere à veneno reptilium.

De virgine prostituta, quia empta à lenone, cui à pirata veniit, oritur litigium. Quale Senatus consultum? Creperum. *Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil*: ait Marc. Senec. lib. 1. *Controv. 2. Pretium dimissio est: plurimè feminam pendit: ista femina sine dubio contagiosa lues, cum repudium fuerit emptionis merces. Nos dicimus: Linda albaja: Brava maula.* De huiusmodi infelicitate, one-reque filiarum, est venula formæ, conquerebatur quidam potens in saeculo, vir famosus: qui quidem nupta primogenita, inter gratulationes amicorum, & abdicationem suppellectilium (nescio an dolore, vel festivo) exclamavit: *Quanam foeminarum pretiositas, est eximia pulchritudinis, & forma augustioris! Ubi gratis enim traditur volenti virgo, & dos numerata pecunia, ut expellatur è domo. Lucri odor marito videtur bonus è qualibet re. Ambit emptor lucrum: sed cum femina praclarum. Experietur. Plura dicemus hic Tautolog. 6. in Exposit. Liter. Experietur. Sine Cerere & Baccho frigeferet Venus: tuncque temporis quicquid cum ea fuerat erumpit in utilitatem, & auxilium, erumpit in regulam.*

8 Aliquando aspis in delicijs, basiliscus in sceptris, & sanguis utriusque in sacris. Vide Pierium Valerian. lib. 14. cap. 10. & 15. lib. 16. cap. 2. Ravif. Textor. in Offic. lib. 7. cap. 31. & fusc tractantem Athanas. Kircher. in Obelisc. Pamphilio. Angues alatos, qui non solum stat, sed & obtutu eos qui proprius accedunt interficere, refert Iulius Scaliger in Narfinga, Exercitat. 183. Notescit Modò locus Isai. Non fuerunt in auxilium, sed in opprobrium Viperæ, & regulus volans. Id est, ut notat Procopius hic: *Penniti, & ab hominibus superstitiosè culti.* Sanè pro dignitate propudium: etenim inexcogitabile scædis opprobrium; quam in sceptris erigere aras, qua protegant viperas: dignitates illis distribuere, quorum par erat confringere pennas, & eyelere plumas; ne colerentur in decore culminis, qui nutriebantur in hæræ, & non in croceis. Pro delicijs habentur. Exitus dedo cebit, utrum in malum foveantur.

9 Ova aspidum ruperunt, dicit idem Vates, & quod confotum est, erumpit in regulam. Caveat homo, ne confoveat cogitationum aspidem; quippe pennatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Virus aspidum sopor est: expergat icus mentem, & exurgat velociter; igitur venenum aspidum insanabile. Hac auctoritas quasi proverbium profertur à Doctissimo Gaspar. Sanctio hic Tom. I. Taut.

num. 14. *Sermo non proprius, sed typicus vel figuratus*: ait Pererius in Genes. lib. 11. *disput. 7. num. 37.* Ingeniose quidem: quandoquidem ruptis vinculis, queis vincuntur pessimi homines, eorum electionibus progignuntur aspides: & qui frigore despectus, immoti iacebant in latebris itatus, confoti calore gratiae, penis favoris transformantur in regulos.

Quaeque polo posita est glaciali proxima serpens Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli Incaluit, sumpsitque novas fervoribus iras. Canit Ovidius lib. 2. *Metamorph. Fabul. 1.* *Aprè novas iras.* Iras habet in solo, quid ferpens in celo? Erumpunt in regulos, Iusta perperæ electionis vindicta. Dolent faventes; ut his angoribus perdiscant non insanire in regimine principes: etenim nec cives quererentur de intrusa calamitate; si excuterent praesides huiusmodi serpentes, & aspides confotas peccore.

10 Haud abest tantà plagà pallida lues, neque civibus perniciose virus latet. Genimina habent toxicum, & omnino genimina viperarum. Nihil intactum relinquunt, ac perniciose ulteriora transcendunt. Duplicem effectum ostendit Isaias. *De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrum.* Utrumque foetidissimum malum discutendum. Volucris pennis viget, coluber autem veneno pollet. Si venenata serpens ornatur alis; proculdubio à reptilibus absorbetur volucris.

Aliquid magni sub metaphora latitat. Per volucrum (his pennæ, ut superius surgant, meritò concedenda) significatur probitas morum: per colubrum (his ne illibata corumpant, & furtive rescandant) exprimitur conventus malignantium: at cum vigeant, & floreat improborum flagitia, eorum illuvie suffocantur & merita: igitur pennæ avulsa à meritis optimis, pro libito & fastu aptantur indignis. Si semel malitiam honores promereri, permittitur, quis virtutis regia via ad cosdem ingredietur? Optimo cuique sanequam admittitur animus, & bonitatis evanescit scopus, virisque conceduntur libidini & furto; munera Reipublicæ in improbum conferendo. Unde oportet pennas generosis concedere peccatoribus, quæ in civium stragem permittuntur serpentibus. Dum superbit impius, incenditur pauper. Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt vix illius: & iure pauper incenditur, dum iniquus benedicitur. Incenditur, ni lassus impia forte, & spei improbitate; cogitet (usuvenit) quam non potuit nascisci gloria, consequi dignitatem serpentis arte & industria.

Perer. Fetus serpens in perniciem.

Ovid.

Vires assumunt indolentia.

Isai. 14. 29.

Bonus externi nantis.

Languescit meritum, dum extollitur flagitium.

Psalm. 9. 25.

Genes. 8. 27. Plal. 77. 27. Plal. 148. 10.

Genebr.

Serpentia, animalia pennata, malum: volucres implacite pessimum.

Basiliscus suffocatus aves volantes.

Claud.

Sapientia volucris in mundo serpsit.

Et serpsit ignorans volat.

11 Cunctorum conditionem expriment Folia Sacra. Reptilibus, quae reptant, dicit, ut vidimus. Etiam volatilia pennata. Reptilibus enim sicut congruit repere, sic enim expedit volatilibus volare. Nexum modo danda. Serpentes & volucres pennatae, dicitur a Davide. Id est, serpentes cum penis, sicut volucres. Haud dure accipiatur expeditio: iam ergo palam pertulimus viperam & regulum volantes, atque ex Scaligero alatos serpentes. Unde N. Gilb. Genebrardus hic ait: Reptilia volantia dicuntur. Quid igitur rationalibus indicat huiusmodi volucrum & serpentium coherencia? Statum inaufpicatissimum in Republicam. Foveri debent generosa indoles benemerentium, alis mercedis; ut altiora petant: conteri autem cogitationes serpentium; ut fractis penis in abdita fugiant: et in confusione orbis, pennata merita convertuntur in serpentes, & reptantia crimina transformantur in volucres.

Flatus basiliscus etiam praetereuntes volucres enecat, omnemque spiritum praesentaneo veneno suffocat: ita quidem corrumpit auras halitus pestilentis, ut per aërem alium nulla transivolet impunè. Ita attestatur cogitationi Solinus cap. 30. Hæc clades sæpe videtur vitijis florentibus, & depolis virtutibus, de quo queritur Claudianus lib. 1. in Rufinum, v. 13.

Latofque diu florere nocentes Vexarique pios

Contigit: sed ruinam morum, & in ruinam principatum. Integerrimi etiam caspitant, vel morigerati labant, sic regimen principibus pro lubito corruptentibus; ut volucres literati reptent in aulis, & serpentes indigni volitent alis favoris. Adhuc cum pari gloria arefcunt merita: quid sine gloria? Si serpentes videntur anxie sustolli, omne volatile cæli recedet, perdicentque rapere, & repere, ut velocius possint ad cacumina volare: etenim muneratis criminibus, volucres pennigerae absorbeantur à serpentibus. Unde colubri in culmine conspiciuntur, reguli, & viperæ, & non volucres pennatae. Dentur igitur viragini sapientiae duæ alæ aquilæ magnæ, ut volet, & tranivolet, atque ut filius eius (rectum consilium) nullatenus devoretur à dracone. Aliter ergo consilium & sapientia peribunt: igitur in confusione regnorum & regum, privatis commodis aptantur pennæ draconis, quæ pro dignitate debebantur sapientia. Quapropter merita vexantur, & crimina ita effeuntur; ut præses inflatus munere, exequatur cum magnate, quicquid fieri fas non erat eum cerdone. Ridetur volucris pennata in

ludicio throno, absorpta infeliciter à regulo: & qui gaudet pro doribus dignitate, à serpente callidiore.

12 Nec minoris molestiæ primum discrimen civibus, igitur de radice colubri egreditur regulus: ait nobilis Vates. Non potest arbor mala bonos fructus facere. Quid boni à fœta vipera, & fœcunda serpente? Plaga super plagam albis visceribus contuitaque illius probus animus omnem plagam non plagam videbit cordis: ranas, scilicet, sciniphes, asilos, vespas, bucentes, & omne genus mufcarum. Intentum cognovit Tacitus in huiusmodi consilij, & singularitate insperate deliberationis. Nec Tiberium quidem (dicit de Augusto lib. 1. Annal. cap. 10.) charitatem, aut Republicæ cura successorem adscitum: sed quoniam arrogantiam, scivitiamque eius introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quasivisset. Peiorem in folio collocant, & malum patientes desiderant. Propter isthac mostra frequenter in throno, malis gravata anus se solabat Dionysio. In rebus Ecclasiasticis huiusmodi propositum nutrit scandalum: quod quidem præcavens S. Benedictus cap. 64. Regul. Sancti. ait: Quod si etiam omnis congregatio vitijis suis (quod absit) consentientem personam pari consilio elegerit, prohibeant pravorum prevalere consensum. Haud alium, nisi pessimum, possunt eligere pravi: quem quidem oportet esse deorsum, & minime fursum.

13 Symbolum Republicæ prudenter rectæ, patet oculis Mœtica navis, perpendicularique debent animalium singulorum distributæ mansiones. Omnia animalia ingressa sunt. Non omnia similia: igitur ex utilibus & venenatis coalescit Republica. Mansumculas in arca facies: dicitur seni. Id est in quatuor partes spatia navis distribuit. Prima camera hominibus, & volucris: secunda cibarijs: tertia animalibus terrestribus, fundum verò, seu sentina reptilibus. Lyram, Paulum Burgensem, Haye, Bonfrerium, Alapide, Fernandez, Leonardum Marium consulas hic, & denique Pererium lib. 10. disp. 7. Optima uti cœlestis, divisio, & perutilis diffusio. Haudquaquam catervatim, & alba amulsi ingredientur, nec promiscue in mansumculis collocabuntur: innocuis quidem contingeret aliquid mali propter vicinum malum, & virulentis in aqua turbida non periculosum luctum.

Mansumculas in arca facies. Ingredientur etiam serpentina, non tot quot munda animalia; at si ingredientur, subfedeantur in sentina. Fas hercle non erit, neque hominibus dedecus, quod maneat in arca fastigio, quæ

Ubi sup.

Ubi scelus pessimis te gatur, sceleratior eligitur.

Tasig

S. Ben.

Arca Nobis respubi- ca recta

Genes. 6. 14.

Separantur boni à malis.

Reptantia infensina

quæ debent venenata serpere in fundo. Haud communis exera reptentibus & volucris. In cubilibus suis collocabuntur. In arca mansiones multe sunt. Infra serpentina, non supra: quoniam illorum elevato, quæ iacent feliciter sub pedibus, nocebit profectio hominibus. Satis sit, quippe fatis est, ingressus in fundum arca serpentina & reptilibus; cum vel funes illis cecidissent in præclaris. In Nabuchi effigie, nimirum, proceræ arbore, cuius aspectus usque ad terminos univerfæ turæ; subter eam habitabant animalia & bestia, & in ramis eius conversabantur volucres cæli. Bene omnia, siquidem bestia infra. Aves, ius est, in arboris capillitio: bestia, non erat, ut elevarentur ab humo. Bestia infra. Ubi serpentina? Assument pennas, ut aquilæ? Volabunt, & non deficient? Ad summum ne inter volucres delata fastigium? Inò nec propè, nec procul, nec obiter memorantur: siquidem Princeps prudens inde lucet, unde virus contritum, ut congruit, iacet: & rutilat fama, ubi reptilium nec recolitur memoria.

14 Principes & populi vigilant. Statuam, quam Nabuchodonosor sonniaverat, experrectus fecit auream. Sæpenuerò Principum deaurantur deliria, & observantur detridcula infomnia. Mimesis morum, & votorum præfidium student subditi ambitione laborantes: & illi adeousque debacchantur amantes; ut contentur offendere subditorum oculis pro prudenti regimine, quicquid lusu cogitatio in singulina phantasia. Fecit Rex statuam auream. Confundantur qui adorant sculptilla, & qui gloriantur in simulachris suis. Consulens est Princeps: igitur operam lufit, & levissimum contactu simulachrum corrui. Iacius iste tuus Domine longe est à nobis: exclamat Drogro Olfens. de Sacram. Dom. Pass. Cur longè à nobis? Conditio frequens in fiati pectoris, & infani Principis exaltatio inhabilium, & depressio demerentium. Propter magnificentiam: quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat. Sic mutat statuam erexit lenocinio magnificæ potestatis: & eius contritio iacius dicitur verè procul à nobis; quippe simulachrum inutile, quod prolubium Principum ele-

Daniel. 49.

Bestia nō supra.

Daniel. 36.

Drogro

Ibis cap. 14 v. 19. Demolitur à corde, quod elevatur à mudoj

vat, in exemplum regiminis cœlum deturbat. Ut aliquo rationabili intuitu videretur pellectus, elegit in effigiem, metallorum præstantius. Opus notatur numeris absolutum, dum imbutur forma: minime verò, cum eligitur materia: quæ quidem præsupposita informabitur sigillatione favoris, ut adæquate obeant electi munera dignitatis: de quo Nos Tautolog. 3. Didasc. 6. n. 4. 12. & 13. atque Didasc. 11. per tot, aliter à cælo irato improvisè demoliuntur, quantumvis à Principibus studiosè deaurantur.

15 Denique. Statua inanis, aurea licet, non solida erant. Vide quæ diximus Tautolog. 1. Didasc. 1. n. 9. & 2. D. 2. n. 17. Haud minus sæpe deligit potentis fatuitas simulachra & imagines consilio vacuas. Unde Daniel de Bel dicit, cap. 14. v. 6. Ne erres Rex: iste est enim intrinsecus luteus, & ferissecus areus. Nihil habet hominis præter speciem. Simulachrum est, cuius cavitas, ut in Similib. inquit Erasmus: Plena sordibus. Lucianus in Dialog. de Scemo, aptè: Formicis & muscicis. Sæpe huiusmodi statuæ referre tipulis, regulis, colubris, & viperis; uti decaunt M. Valer. Martialis lib. 3. Epigramm. 19.

Vipera sed cæco scelerata latebat in ore: Vixebatque anima deterior fera.

Impensè horum simulachrorum Principes conantur exaltationem, ut ostentent iniquæ maiestatis potestatem. Cælum crebrò deprimunt, quæcunque auctoritas infatuata sustollit. Regi enim indecorum, & principatus exterminium; erigere figuram extrinsecè deauratam, introque, supra, & infra reptilibus plenam. Figura corruat, ita ut cinis non appareat. Proteratur venenum: nihil igitur extitibus reptili, ubi ascendit in altum: igitur ut cecidit Tertulianus in sua Genesios Histor. v. 107. Ut serpat, serpit: — Omnipotens condemnat gesta draconis, Præcipiens enatis involsum visere monstrum: Pectore mox suso proripere, tum sola morsu. Mandere: mansuro quæcunque in tempora bello, Humanos inter sensus, ipsamque labantem Vertice ut adicèto pronus pesti curva virorum Serperet, ut calet dum labens contumens instat.

Tertulij

Opus à po- tate de- auratur, sed Deum non ipri- detur.

Sunt lan- ua homi- num.

Erasm. Lucian.

Mart.

Pleron- que indr- gè infu- latis, ple- ni repti- libus, & circan- dati ser- pentibus.

Tertulij

